insignis viri, non tamen ad longum tem:
pus, Doctorem et Profeſsorem ſufficientis
eruditionis, bonæ apud omnes commendati:
onis et æstimationis poſse habere substitu:
tum decernit, Jason in l. 1. n. 79. ff. de Offic.
ejus, cui mandat. est jurisdict. quemadmo
dum et illum, qui per viginti annos continu:
os in ante legerit. Idem Jason. in d. l. 1. n. 1.
ff. et. Qui enim per alium ſacit per ſe ſace:
re videtur. c. Qui ſacit per alium. de Reg.
Jur. in 6. et l. Quod juſsu ff. et.

STATUTUM XXIX.

De Salario Profeſsorum ob aliquod impedimentum non legentium.

Quemadmodum Advocati, si per eos non
steterit quò minus causam agant, hono:
raria à suis principalibus accepta reddere
non debent. l. Qui operas ff Locati et Con

ducti ita Proſeſſoribus eisdem per jura à Toloſſan. in Syntagmat. Jur. univers. Lib. 3. Cap. 8 et Christophor. Besold. Diſſert. Cap. 9. pagell. mihi 103. allegata, æquiparatis ob graſſantem pestem, vel aliquod aliud legitimum impedimentum non legentibus propter identitatem rationis totum salarium debe:tur. Dec. et Natta, quos citat Gaill. Lib. 1. Obs. 44. n. 13. Paritas namq; rationis paritatem juris inducit. l. Illud. ff. Ad l. Aquil.

STATUTUM XXX.

De Interstitijs laborantium Profeſſorum et diebus illegibilibus.

Quandoquidem tempore egemus, ut aliquid maturiùs agamus. can. Ponderet. dist. 50. ideò ut in hac nostra Facul:tate Juridica Doctores et Proſeſſores habeant tempus ad maturiùs Lectiones Juridicas colligendas, quæ ad sui colle: